

EXERCITATIO XXXV. 243

ra his, de Veracitate Dei habet Cartesius, quæ malo apud Authorem legi : hæc tantum inde delibavi, quia Calumniatores contrarium illi affingunt, quasi veracitatem Dei in dubium revocaret, cui totam suam Philosophiam revera superstruit.

COROLLARIUM.

15. Quemadmodum vir non est mendax, qui dicit partem veri, etiamsi non dicat totum verum : ita nec Deus erroris causa aut fallax ideo censerit potest, quòd intellectum nobis dederit finitum h.e. non summè perfectum.

EXERCITATIO XXXV.

*Simplicis & Compositi variæ significationes & oppositiones.*

Quæ ad considerationem Dei pertinent, quatenus Philosophiæ principium est, in superioribus attigimus, quædam etiam fusiùs explanavimus. Nunc ut illustre adhuc demus Cartesianæ Philosophiæ, circa Deum occupatæ, specimen, hæc & sequentibus aliquot Exercitationibus nos oblectabimus in consideratione *divinæ Simplicitatis*

Q 2

*citatis*